

Baiulo nostro Nigropontis, quod in casu predicto uidelicet quando non esset firma  
 40 unio, uel quando alij domini unionis uolent pro hac hyeme tenere in mari armata  
 unionis, ut dictum est, dimittant in ciuitate Nigropontis gentem in illa quanti-  
 tate, que sibi et dicto Baiulo uidebitur opportuna, pro conseruatione solum ciui-  
 tatis predicte, habendo semper respectum ad expensis, et grauitates predictas, et  
 45 quam gentem de armata unionis et Culfi accipient de melioribus et de illis, qui  
 in dicta ciuitate libenter uoluerint remanere. Et quia non esset utile quod idem  
 capitaneus deberet in conducendo secum galeam uel galeas uacuas fatigari, scri-  
 batur sibi, quod secundum numerum gentis, que remanebit ad custodiam ciuitatis  
 predicte, relinquat etiam nostro baiulo ibi galeam, uel galeas, quam, uel quas  
 50 idem baiulus ibi faciat comode conseruari, de quibus omnibus scribatur, sicut  
 opus fuerit, baiulo supradicto. Et hijs expletis idem capitaneus unionis Venetijs  
 reuertatur. Uerum si idem capitaneus se reperiret a Mothono citra uersus Vene-  
 tijs, in casu predicto, silicet quando unio facta esset, uel quando non uideretur  
 presidentibus predictis, quod armata predicta deberet remanere in mari hac hyeme,  
 55 committatur sibi, quod mittat Nigropontis unam de suis galeis bene furnitam que  
 habeat ballistarios superfluos in illa quantitate que sibi necessaria uidebitur, pro  
 custodia solum ciuitatis Nigropontis, que faciat uiam de Creta, et accipiat libras  
 sexagintas grossos de illis quas portauit ser Bernardus Justinianus, et dictos de-  
 narios conducat et consignet baiulo et consiliarijs Nigropontis, et ibi maneat dicta  
 60 galea cum dicta gente et ballistarios ad custodiam ciuitatis predicte. Si uero idem  
 capitaneus dimisisset ita frumenta de gente ciuitatem Nigropontis, quod non  
 uideretur sibi opus aliam gentem mittere Nigropontis quod custodia ciuitatis  
 ordinet quod dicta galea uadat in Creta et accipiat dictam pecuniam, et eam  
 63 portet Nigropontem et post modo dicta galea Venetijs reuertatur.

## 11

Θέσπισμα συναφὲς πρὸς τὸ προηγούμενον, προοριζόμενον διὰ τὸν Βάյλον Εύβοίας. 1333, Ὁκτωβρίου 16.

F<sup>o</sup> 33<sup>to</sup> N<sup>o</sup> 252. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die XVI Octubri.

Capta. Scribatur etiam baiulo et consiliarijs Nigropontis quod consideratis  
 conditionibus partium illarum, et subitis periculis, que occurrere possent, mani-  
 feste conspicimus, quod quanto domini, milites et burgenses Nigropontis habe-  
 5 rent minorem ambitum ad custodiendum, tanto essent magis securi, et foret cum  
 minori grauitate ipsorum, et propterea per illam uiam, que ipsis baiulo et consiliarijs  
 conuenienter apparebit, sicut et quando eis uidebitur, cum dominis, mili-  
 tibus et burgensis Nigropontis, ad quos res pertinent, loquatur et conferant de  
 predictis, et eos indicant in quantum possint, quod se restringant in quam minori



ambitu custodie possunt, et hoc ipsis dominis, militibus, et burgensis consulimus 10  
et suademos, et ex nunc quando uelint, de hec contenti sumus pro conseruatione  
ipsorum. Non — i — non sinceri — i — omnes alij de parte. 12

## 12

Θέσπισμα, ἐξ οὗ ἀποδεικνύεται, ὅτι ἡ κατὰ τῶν Τούρκων ἔνωσις τῶν μεσογειακῶν κρατῶν ἐπὶ μίαν πενταετίαν ἔχει ἡδη ὑπογραφῆ. Διὰ τοῦτο ἡ Γερουσία κρίνει ἀσκοπὸν τὴν ἀποστολὴν εἰδικοῦ προσώπου εἰς Ρόδον, αἵτηθεναν παρὰ τοῦ μεγάλου Μαγίστρου τῶν ἵπποτῶν πρὸς διαπραγμάτευσιν καὶ ὑπογραφὴν τῆς ἔνώσεως. Παρακαλεῖται μόνον ὁ καπετᾶνος τῆς ἔνώσεως νὰ προσπαθήσῃ, ὅπως ὁ μέγας Μάγιστρος ἴχανοποιῆται ἐκ τῆς ὑπογραφείσης ἔνώσεως, ώς ἀρμόζει συμφώνως πρὸς τὸ δίκαιον καὶ τοὺς περιλαμβανομένους ὄρους. 1333, Ὁκτωβρίου 16.

Fo 34<sup>r</sup> № 253. Millesimo trecentesimo xxxiii, die xvi Octubri. 1

Capta. Ad factum autem mittendi Rodum aliquam sufficientem personam pro confirmatione unionis predicte, quod petit dictus dominus Magister, ut continetur in capitulis, missis nostro capitaneo, per eundem, respondeatur nostro capitaneo unionis, quod miramur quodam modo de petitione dicti Magistri in facto dicte persone mittende, quoniam unio ipsa usque ad quinquenium est firmata ut apparet publicis documentis, et sumus etiam, quod seruantibus partibus, sicut nos facere intendimus pro parte nostra, id quid fuit in confectione dicte unionis firmatum, deo preuo, in honorem et augumentum partium redundabit, propter quod non est opus ad ipsum Magistrum, dicta occasione personam aliquam destinare, cum non sit necessarie reficere, quod diutius est prefectum. Et propterea procurret suo posse capitaneus supradictus, quod ipse magister contentus sit, sicut esse debet de jure, de unione firmata, et de conuentionibus contentis in ea, et quod eas, ut speramus et promisit, effectualiter adimpleat et obseruet, de quibus omnibus etiam dicto Magistro scribatur in illa forma, que dominationi conueniens apparebit—Omnes de parte. 15

## 13

Ἡ Βενετικὴ Γερουσία πληροφορηθεῖσα παρὰ τοῦ Δουκὸς Κρήτης περὶ τῶν διχονοιῶν, αἵτινες ἀνεφύησαν μεταξὺ τοῦ Ὁρχάν καὶ τῶν Τούρκων καὶ τὴν συμφωνίαν, τὴν ὥποιαν πρόκειται νὰ διαπραγματευθῇ ὁ μάγιστρος τῶν ἵπποτῶν τῆς Ρόδου, ἀποφασίζει νὰ γραφῇ πρὸς τὸν καπετᾶνον τοῦ κατὰ τῶν Τούρκων στόλου τῆς ἔνώσεως περὶ τῆς ἀναφυείσης ταύτης διχονοίας, καθὼς ἐπίσης, ἀφοῦ ἡ ἔνωσις αὕτη κατὰ τῶν Τούρκων ίσχύει, νὰ διαπραγματευθῇ μετὰ τῶν κυριάρχων τῶν κρατῶν τῶν ἀποτελούντων ταύτην ἡ μετὰ τῶν προϊσταμένων τῶν στόλων τὴν συνεννόησιν μετὰ τῶν Τούρκων ἡ μετὰ τοῦ Ὁρχάν. Ἡ συνεννόησις αὕτη θὰ συντελέσῃ εἰς τὴν σωτηρίαν τῆς Κρήτης καὶ τῆς Εὐβοίας καὶ τῶν ἄλλων κτήσεων τῆς Ρωμανίας. Πρὸς τούτοις ἡ Γερουσία ἐπιθυμεῖ νὰ μάθῃ ἐὰν ἡ κατὰ τῶν Τούρκων ἔνωσις εἶναι ἐν ίσχυΐ ἡ ὅχι, διὰ νὰ γνωρίζῃ τὴν στάσιν, τὴν ὥποιαν ὀφεῖλει νὰ τηρήσῃ ώς πρὸς τὴν ἐν λόγῳ συνεννόησιν. 1333, Ὁκτωβρίου 16.

Fo 34<sup>r</sup> № 254. Millesimo trecentesimo xxxiii, die xvi Octubri. 1

